Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Alberti Magni Summae thelogiae pars secunda - Cod. Aug. pap. 3

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Tractatus XXIIII

urn:nbn:de:bsz:31-57236

Visual Library

inferre maledictum dyabolo in quantum creatura dei. ¶ Ex dictis patet solutio eius quod quidam dicunt quod non maledici possit cui non maledixit deus per verbum Balaam numeri xxiij quomodo maledicam cui non maledixit deus patet igitur quod sic dummodo probatum sit ei de ea maledictionis qua probatione non indiget deus qui novit corda hominum patet in quo maledictum sit blasphemia et sic maximum peccatum quod in lapidatione secundum leges punitur

Tractatus xxiiij de iudicio suspicionis et personarum acceptione

Unde racione eius quod dicit magister in eadem xxxv. dist. in illo capitulo Ex predictis colligitur atque infertur quia si mala voluntas et mala actio in quantum est bona est. Queritur de duobus peccatis que maxime consistunt in actione voluntatis Scilicet de iudicio suspicionis de personarum acceptione De iudicio autem suspicionis queremus quatuor ¶ Scilicet quid sit ¶ et an semper peccatum mortale vel aliquando veniale ¶ et utrum aliquando sit pena non culpa ¶ et de quibus nobis permittitur nobis iudicare aut est hominis ¶ Ad primum procedit sic dicit Tullius in fine prime rethorice Suspicio est mala opinatio de aliquo ¶ Sed contra hoc videtur esse quod opinio videtur esse id ex quo sortitur iudicium suspiciosum et non primum iudicium iudicium enim fit dicit glosa super i. Cor. iiij. nolite ante tempus iudicare est diffinitiva sententia de aliquo unde Augustinus ibidem in glosa. Si suspiciones evitare non possumus quia homines sumus saltem non iudicemus ut diffinitivas sententias proferamus suspicio. igitur videtur non esse quod iudicium ¶ Solutio dicendum quod procerto dicendum videtur quod suspicio non est iudicium est sententia diffinitiva et sorta ex suspicione et ideo aliud vitium ponitur pro alio et per hoc patet solutio ad argumentum quod sententia est contra diffinitionem Utrum iudicium suspicionis semper sit peccatum mortale vel aliquando veniale

Secundo queritur utrum iudicium suspiciosum semper sit peccatum mortale vel aliquando veniale Et videtur quod non suspicari enim de malo quod malum est bonum est quia sic se habet in re. Item suspicari de bono quod bonum est bonum quia sic se habet in re igitur iudicium suspiciosum nullum peccatum est aliquando ut videtur sed aliquando bonum ¶ Contra quod sub prohibitione cadit malum est si fiat Matthei vij. nolite iudicare et non iudicemini etc. Et ibidem glosa. De occultis aliorum malum est iudicare igitur videtur quod iudicium suspiciosum mortale peccatum sit quia si prohibitum fiat mortale peccatum est ¶ Ad hoc i. Cor. iiij. super id nolite ante tempus iudicare glosa prohibet nobis apostolus iudicia que occulta sunt nobis

corda hominum et de occultis nos prohibet nobis iudicare. Igitur videtur quod iudicium tale sit peccatum mortale ¶ Ad hoc Gregorius de duobus occultis non diffineas sed suspensa tene sententiam Et Augustinus. Si suspiciones evitare non possumus quia homines saltem non iudicemus ut diffinitivas sententias proferamus quia hoc prohibet nobis apostolus igitur tale iudicium mortale peccatum est ¶ Ulterius queritur quare ex quo procedit tota questio scilicet ex qua suspicione sit iudicium temerarium et ex qua sit iudicium non temerarium ¶ Solutio dicendum ad primam partem questionis quod suspiciosum iudicium aliquando est in genere mali pene et aliquando in genere mali culpe sicut et ignorantia et error que incidit homo per peccatum Similiter dicendum quod aliquando mortale peccatum aliquando veniale et hoc est quod dicit glosa super i. ad Romanos aufer opprobrium quod suspicatus sum hoc est opprobrium suspicionis quod nos de falsis quasi de veris iudicamus in quod homo per primum peccatum incidit Unde si accipiatur secundum primitatem in pena sunt ex originali peccato causata per quod ad tales penas scilicet ignorantiam errorem et suspicionem dampnati sumus et ideo dicit Augustinus quod talia sunt pena hominis dampnati non natura instituti Similiter si suspicio ex signis exterioribus procedat non usque ad diffinitivas sententias tunc est in genere peccati venialis quia tunc humana temptatio est secundum Augustinum in glosa. Si vero procedit usque ad diffinitivam sententiam condempnationis tunc dyabolica temptatio est et est mortale peccatum ¶ Ad primum igitur dicendum quod suspicatio talis est de ipso facto non de homine et sic procedit obiectio quia si suspicatur puniri esse malum non peccat unde apostolus Ro. ij. propter quod inexcusabilis es o homo qui iudicas in quo enim alium iudicas te ipsum condempnas et per hoc patet solutio quid sit mortale et quid veniale ¶ Ad secundam partem questionis dicendum ex quibus scilicet signis sit iudicium temerarium et ex quibus non temerarium quod solvendum est per apostolum i. ad Thimoteum v. quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium. quorundam autem et subsequuntur unde dicendum quod signa que sunt ex factis hominum manifesta faciunt iudicium temerarium signa autem que potius finguntur ex malicia iudicantis quam appareant in rebus faciunt iudicium non temerarium et hoc est quod in tamen dicit quod de quolibet presumendum est bonum nisi probetur contrarium Et Job vj. Concinnare detraxisti sermonibus veritatis cum ex vobis nullus sit qui possit me arguere ad increpandum tantum eloquia concinnatis et in ventum verba profertis super pupillum irruitis et subvertere nitimini amicum vestrum verumtamen quod cogitastis explete prebete aurem et videte an mentiar videte obsecro absque contentione et loquentes quod iustum est iudicate et non invenietis in lingua mea iniquitatem nec in faucibus meis stulticiam

per sonabit et dicit. sic tamen pones medicinam quod istud peccatum sit dicit. Si vides in proximo tuo malum non infamies eum sed excusa factum; si non potes excusare factum excusa intencionem facti. si nec factum nec intencionem facti excusare potes accusa temptationem in comparatione eius et dic. O quam vehemens fuit ista temptatio si me invenisset quanto turpius me quam illum prostravisset. Sic enim fiet quod in quo alium iudicas temetipsum non condempnas. Quod vero tertio et quarto querendum erat iam est tactum. scilicet quantum iudicium suspiciosum sit culpa et quanta sit pena. Et ex de quibus nobis permittitur iudicare et satis patet.

Utrum solius dei sit iudicare de occultis hominum

Quinto queritur utrum solius dei sit iudicare de occultis hominum vel etiam hominis. Et videtur quod solius dei. Solus enim novit deus corda hominum sicut dicitur Ro. ii. Rom. ii. in quo enim alium iudicas etc. glossa solius dei est iudicium cuius nosse est occulta cordis. Item ad hoc Re. xvi. homo videt que parent deus autem intuetur cor ergo illius est iudicare cuius est intueri. ergo solius dei est iudicare de occultis hominum. Item ad hoc Ro. xiiii. non in disceptationibus cogitationum glossa non usurpemus diiudicare cogitationes aliorum sed deo committamus. Item Prov. xxvii. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. sed que sunt nobis de illis possumus iudicare. ergo de cordibus hominum possumus iudicare. Item ad hoc Eccl. xix. Ex visu cognoscitur vir et ab occursu faciei sensatus. sed quod cognoscitur potest iudicari. ergo homo de alio potest iudicare non solus deus. Item ad hoc Mat. vii. a fructibus eorum cognoscetis eos i. opportet quod ut prius. Ulterius queritur si homo possit iudicare de occultis sui cordis. Et videtur quod non. Sicut dicitur i. Cor. iiii. Sed neque me ipsum iudico. dicit glossa periculosum est nobis de occultis cordis nostri vel aliorum iudicare quia tanta est cordis profunditas quod etiam ipsum latet cuius est cor. Jere. xvii. profundum est cor hominis et inscrutabile quis cognoscet. Et qui non cognoscit iudicare non potest. ergo videtur quod homo de occultis sui cordis non possit iudicare. Item contra i. Cor. xi. Si nosmet ipsos diiudicaremus non utique iudicaremur. Cum autem iudicamur a domino corripimur ut non cum hoc mundo dampnemur. Item ad hoc de talibus dicit Aug. libro de penitentia quod sedeat iudex ratio et stet accusans conscientia ut illum peccatum tristis ... quod conscientia accusaverit. Solutio. Dicendum ad primam partem hominis quod iudicio diffinitionis solius dei est iudicare quia solus novit occulta hominum sicut probant auctoritates ad hoc inducte. Sed iudicio coniecturis per signa exteriora potest homo iudicare. Quando illa signa convincibilia sunt et evidenciam faciunt coniecturam. Et sic intelliguntur tres auctoritates ad hoc inducte. Item ad secundam partem hominis dicendum quod homo de occultis suis potest iudicare de rebus quia illas scit. Unde i. ad Cor. ii. Spiritualis homo iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur. Quis enim hominum novit que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita et que sunt dei nemo novit nisi spiritus dei. Unde due auctoritates que hoc probant procedunt. Item ad id quod obicitur primo de glossa ad Cor. iiii. quod intelligitur de iudicio diffinitionis non discussionis. In dubiis enim de quibus nescimus quo animo fiant debemus ad meliorem partem interpretari ut dicit Aug. Et hec de iudicio suspicioso dicta sufficiant. De iudicio autem temerario et usurpato et iniusto non hic sed in scriptis disputandum est.

De personarum acceptione quintuplex queritur

Deinde queritur de personarum acceptione et quintuplex queritur. q° ii
Primo quid sit. Secundo in quibus fiat. Tertio quantum peccatum sit. Quarto utrum sit mortale peccatum vel aliquando veniale. Et quinto specialiter queritur in sacra scriptura quod personarum acceptio non est apud deum.

Quid sit personarum acceptio

Primo queritur quid sit personarum acceptio. Consuevit autem sic diffiniri a magistris. Personarum acceptio est cum persona pro alia acceptatur vel honoratur non ex virtute et gratia cui debetur honor sed ex prosperitate seculari vel nobilitate sicut sunt divicie et nobilitas et huiusmodi. Et obicitur contra hanc diffinitionem quia sicut dicit Ar. in primo eth. quod honor est premium virtutis quod nulli debetur nisi honesto sed virtutem et excellenti. Sicut dicit apostolus Ro. xiii. Reddite ergo omnibus debita cui honorem honorem. cui tributum tributum. Et videtur quod ista redditio sit secundum ordinem iustitie quia dicit plato et sumitur ab a pitagora quod iustitia est virtus reddens unicuique quod suum est servata unicuique propria dignitate. Et sic hoc videtur quod quando persona pauperis prehonoratur diviti ex iniuria in iudicio quod est personarum acceptio et est peccatum quod probatur Levi. xix. ubi dicitur Non declines in iudicio pauperis nec honores vultum potentis. et hoc est expresse lex a domino data Exo. xxiii. et intendit quod unicuique reddatur quod suum est in iudicio sine acceptione personarum. Sed contra hoc videtur esse quod dicit Eccl. iiii. In iudicando esto pupillis misericors ut pater. Et Ysa. i. Querite iudicium subvenite pupillo defendite viduam. videtur quod tales miserende persone preponende sint aliis et sic aliquando contingit personam accipere in iudicio. Potest dici quod in persona est. Item ulterius queritur propter quod Si in ecclesiasticis beneficiis et dignitatibus conferendis unus possit preferri alteri et ponitur talis casus. Sint duo quorum unus sit nobilis et potens et dives quod potest defende- q°

etiam alter sit litteratus et virtuosus qui sat verbo et exemplo regere etiam et quamvis sit hoc tamen dives et potens possit litterato et virtuoso preferri simpliciter prelato et dat racionem sit quia prelatus ponitur ad defensionem ecclesie ad quod exigitur potestas et nobilitas. Inducit etiam quandam decretalem quod propter hoc potentibus et nobilibus et litteratis conceditur habere plura beneficia et sic videtur quod in tali casu potens et nobilis simpliciter prelato possit preferri litterato et virtuoso ignobili. ¶ Ad hoc si concedatur in quantum adducit contra ecclesiastes: vidi servos in equis et principes ambulantes super terram et c° xxxiii. non erit ibi qui insipiens est princeps et fraudulentus non vocabitur maior ¶ Solo dicendum primo quod diffinicio bona est nec emendari posset quia acceptio ibi est acceptatio qua unus prefertur alteri propter quod non est preferendus ¶ Ad id quod in quantum obicitur dicendum quod honor cui debetur primum virtutis est exhibicio reverencie in testimonium virtutis et non gradus dignitatis dum accepto persona non est circa hoc sed tale reverenciam accipit quamque ex virtute dignitatem habet et honor talis secundum apostolum ad Romanos xii honore invicem prevenientes sollicitudine non pigri spiritu fervientes domino servientes ¶ Ad id quod obicitur de ecclesiastes dicendum quod in illo est ista contrarium quia humiles et pupilli opprimuntur in iudicio et precipit deus ut subueniatur illis servato tamen ordine iudicii quo redditur unicuique quod suum est nec pauperi diviti nec dives pauperi preponitur et sic intelligitur auctoritas ipsa ¶ Ad secundum dicendum quod alia sunt bona spiritualia alia secularia primordialia sic etiam sunt duo ordines caritatis unus secundum naturam hominis virtutis caritatem qui et ordo naturalis in quo propinquior proponitur cognatis et aliis propinquus remociori alius est ordo ipsius caritatis in quo bonus proponitur minus bono propter nimium perverterunt philosophi sed ezechielis xvi. unicum fecistis mandatum dei propter vestras tradiciones deus autem dixit honora parentes vos autem dicitis minus quod cumque est ex me tibi proderit de isto ordine dicitur ecclesiastici vi. da bono et ne dederis malo et illo ordine preferendus est minus bono in spiritualibus bonis in primordialibus autem bonis preponendus est magis coniunctus sanguine minus coniuncto et hoc non est personarum acceptio sed iusticie ordo ¶ De tamen secundum potentem preponitur dicendum precepto quod licet etiam melius defendat prelatus nobilem et potentem in exterioribus tamen quia prelatus non tenetur ad tale defensionem que fit gladio materiali sed spirituali scilicet verbi et exempli in promocione ad gradum dignitatis spiritualis nequaquam potens et nobilis preponendus est pauperi virtuoso et litterato et si secus fiat grave peccatum est acceptio talis persone nec est contra id ecclesiastici quia ibi secundum dicitur similes

ex defectu virtutis qui sunt in equis id est in gradibus dignitatis et inordinatam huiusmodi sunt et principes ibi dicitur glosa si in virtute qui sunt eadem inordinacionem detrudantur idem vidi a° malum sub sole stultum positum in dignitates sublimes articulus modo

Quarto queritur fiat personarum acceptio

Quarto modo fiat personarum acceptio queritur utrum quolibet modo sit ipso peccatum mortale aut aliquod veniale. Tres autem modis super primus in iudicio prima v. ve qui iustificant impium pro muneribus et iusticiam iusti auferunt ab eo ¶ Ad hoc deuteronomii xvi° non accipies personam nec munera ut a veritate demens quia munera excecant oculos prudencium et subvertunt verba iustorum. Secundus modus est quia ad propter divicias et nobilitatem promovet ad dignitates ecclesiasticas contempto paupere litteratiore et sciore hiis duobus modis acceptio personarum mortale peccatum est ut vult augustinus quia est in preiudicium alterius. De iudicio dicitur deuteronomii i. ita parvum ut magnum audietis. sacerdotes quorum est iudicium et contra hoc precepta facere peccatum mortale est sapientie vi. audite ergo reges et intelligite discite iudices finium terre prebete aures qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nacionum quia data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitaciones scrutabitur quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis neque custodistis legem iusticie neque secundum voluntatem dei ambulastis. glosa apud quem non est acceptio munerum nec persone horrende et cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet exiguo enim conceditur misericordia potentes autem potenter tormenta pacientur et quod iniustum sit propter peccatum acceptionem statim subdit non enim subtrahet personam cuiusquam cum sit omnium dominator nec verebitur magnitudinem cuiusquam quoniam pusillum et magnum ipse fecit et equaliter est ei cura de omnibus fortioribus autem forcior instat cruciatus ¶ Tercius modus est in exhibicione honoris exterioris de quo et in de modo ho dicitur quia ii. fratres mei nolite in personarum accepcione habere fidem domini nostri ihesu christi glorie et enim si introierit in conventum vestrum vir anulum habens in veste candida introierit autem et pauper in sordido habitu et intendatis in eum qui indutus est veste preclara et dixeritis ei tu sede hic bene glosa id est in loco honoris pauperi autem dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum non ne iudicatis et facti estis iudices cogitacionum iniquarum in augustinus in glosa magistri. Et hac distancia sedendi vel standi ad honores ecclesiasticos referamus non est putandum leve esse peccatum in personarum accepcione habere fidem domini glorie quis enim ferat eligi divitem ad